

hebdomadarum, quam secretiore supernae inspirationis typo distribuit, primum memorans septuaginta, postea sexaginta duas, postremo unam, quam et ipsam in duas dividit partes, non incongrue et ad finem primi adventus Christi hebdomada ipsa finalis aptatur, quando et secundus inchoatur. Quod ut clarius disseratur, ad utrumque puto cum congrua expositione necessario referendum. Nam quod post septuaginta et sexaginta duas hebdomades Christus veniens occidatur, seque occidentes reprobans, sicut dictum est, eadem gens non ejus, et quod confirmaverit pactum multis hebdomada, cum omnia Testamenti Veteris dicta vel gesta, quae Christi adventui typice serviebant, ipsius praesentiae veritate completa sunt, qui finis est legis (*Rom. x*), recte quidem accipitur; praecipue tamen etiam ad finalem mundi decursum hujus hebdomadis intelligentiam pertinere convenienter existimo, cum ibidem mox audio: Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium. Nam et in subsequentibus dicit (*Dan. ix*), quia in tempus temporum et dimidium temporis. Et cum completa fuerit dispersio manus [*Sic. Forte* omnis] populi sancti, compleruntur universa haec; et post paululum: Cum ablatum, inquit, fuerit iuge sacrificium, et posita fuerit abominatio in desolatione, dies mille ducenti nonaginta, qui numerus circa trium annorum et sex mensium curricula diversatur, quando maxime illa duo martyrii genera, quae in habitu actuque constare praecipimus, sic dimidio hebdomadis praedicationis Eliae firmanantur, ut nullo possint venturae prope persecutionis impetu deijci, quia sicut tunc acrior persecutio, ita in militibus Christi invictae certantibus enitebit amplior fortitudo. De ipsis enim et Joannes dicit: Et dabo duobus martyribus meis, ut prophetent diebus mille ducentis sexaginta, saccis amicis. Licet enim residuis tribus annis et sex mensibus ante Antichristi violentiam, aut secessionem locorum tanquam mortui cedant, aut congrue latibulis recepti non pareant, eo quod divinitus moniti delitescant: sic tamen stabiliri, ejusque pugnae certamine instaurato reddendi narrantur, ut per spiritum vitae super pedes suos stabiles perseverent, quando novissima vel praedicatione vel persecutione confirmabit pactum multis hebdomada una, sed etiam aliis martyrio consummato peremptis, aliisque fugatis, pro unius compage corporis ipsi resurgere praedicentur, eo quod uno spiritu armati, et una fide fundati, spiritualiter demigrant, quia si quid potitur unum membrum, compatiuntur omnia membra (*I Cor. xii*). Propterea et Dominus de Joanne dicit (*Luc. i*): In spiritu et virtute Eliae; vel illud (*Matt. xvii*), Elias jam venit, et fecerunt ei quaecunque voluerunt, Joannem volens hoc dicto intelligi, de quo nascituro promiserat, quod in spiritu et virtute Eliae fuerat praecursurus, ut per ejusdem spiritus gratiam et unius officii formam alteram pro altera cognoscatur aptius insinuare personam, Eliae scilicet pro Joanne, quia sicut ille in primo, ita iste in secundo praecedit adventu. Illic et Dominus, Elias, inquit (*Ibid.*), veniet, et ipse resti-

tuet omnia. Quando enim implebit promissa, tunc restituet adumbrata. Tunc etiam confirmabit pactum multis hebdomada una, quae omnia in ipsius Eliae persona prophetice cognoscuntur quondam fuisse praemissa, quando eodem temporis intervallo, id est tribus annis et sex mensibus, ne plueret latuit (*III Reg. xvii*); divinoque nutu iterum pluvias impetraturus, apparuit; et per sacrificium quod oblitum fuerat, aversos Israeliticæ plebis animos Deo reconcilians acquisivit (*III Reg. xviii*). Nec frustra hic ipsius quoque pluviae factam existimo mentionem, nisi ut de praecedentibus expectemus futuris reddenda sit operibus veritatem (*Sic*), aliis videlicet residuis tribus annis et sex mensibus, persecutione Antichristi, occiso Elia, grassante, antequam medio hebdomadis hostiam dicit sacrificiumque deficere, quod in Ecclesia nunc solemniter immolatur, Antichristi scilicet tunc savitia prevalente. Ipso denique praedicante, in Christum Judaei sunt credituri, quo increpante, ab idololatria quondam meruere converti. Jam nunc quaeri potest utrum ad tempus trium annorum sexque mensium praedicationis Eliae, horum resurrectio debeat coaptari, an ad residuos tres annos persecutionis Antichristi, propter quod praemisit: Et corpora eorum non sinet poni in sepulcris, et inhabitantes terram gaudebunt super eos, et cætera quae aut praecipue narrantur, cum futura tanquam praeterita conscribuntur, aut ideo forsitan ambigue contextuntur, quia et in dimidia hebdomada praedicationis, et in dimidia hebdomada persecutionis tales futuri non deerunt. Et in illa hora factus est magnus terræmotus, et decima pars civitatis cecidit, et occisa sunt a terræmotu numero septem millia hominum. In terræmotu persecutionem aut recapitulando significat, aut clarius illis visis, qui jam mortui putabantur, exaggeratam fuisse denuntiat. Flora enim est omne tempus, et denarius numerus perfectus est, et septenarius. Quod si non esset, a parte totum intelligendum erat. Dicit enim civitatem in parte scilicet malorum interisse collapsam, id est etiam illi intelligantur, et de quibus legimus (*I Joan. ii*): Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Duo quippe sunt aedificia, unum supra petram, alterum super arenam (*Matth. vii*), hoc dicit cecidisse. Et reliqui in timorem sunt missi, et dederunt claritatem Deo caeli et terræ. Isti sunt supra petram aedificati (*Luc. vi*), qui aliis terræmotu, id est persecutione cadentibus de stabilitate sui recta, Deum confessione clarificant. Finita recapitulatione, quam praetermisso septimo angelo ingesserat, repetit ordinem, dicens: Vae secundum abiit, et ecce vae tertium veniet cito. Dixerat enim, confecto praelio locustarum, vae unum abiisse, et altera dicit duo venire, ne statim tertium describere putaretur, quoniam recapitulandum erat. Nunc finita ipsa recapitulatione, vae inquit, secundum abiit, non recapitulationis, sed eorum: quibus descriptis, vae non reddiderat. Vae ergo secundum abiit, eorum est, quod ae-

quitur tertium v̄. Et septimus angelus, in quo finis : A hinc videtur duos fines ferisse, unum recapitulationis, alterum ordinis. Dicit enim finem in resurrectione tertium, et indicit alterum, qui pugnae delibatur, dicens : *V̄ secundum abiit, et ecce v̄ tertium ventet cito. Et septimus angelus tuba cecinit, et factæ sunt in cælo voces magnæ, dicentes : Factum est regnum Dei nostri et Christi ejus, et regnabit in sæcula sæculorum. Et viginti quatuor seniores qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, et adoraverunt Deum, dicentes : Gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens, qui es, et fuisti, quod potestatem tuam magnam accepisti, et regnasti. Et gentes iratæ sunt, et advenit ira tua, et tempus mortuorum judicare, et reddere mercedem servis prophetis, et timentibus nomen tuum, pusillis et magnis, atque exterminandi eos qui terram corruerunt.* De senioribus satis fuerit superque præmissum, quid intelligi debeat. Initium autem nunc memoravit, et finem dispensationis Christi : nam dicendo, regnasti, et gentes iratæ sunt, primum Christi demonstrat adventum. Quod vero sequitur, Venit ira tua et tempus mortuorum, vel, sicut alia translatio habet, quo [quod] mortuis judicetur, secundus adventus ostenditur, quando et mercedem sancti et prophetæ timentesque nomen ejus recipiunt pusilli et magni, perfecti et parvuli, quia imperfectum meum, inquit, viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur (*Ps. cxxxviii*). Et ne sibi impunitatem mali promitterent, subjecit : Atque exterminandi eos qui terram corruerunt, sicut psalmus dicit (*Psal. xxxiii*) : *Vultus autem Domini super facientes mala. Ecce, inquit, v̄ tertium venit in voce septimi angeli; et cum cecinisset, non nisi Ecclesiam dixit ludantem Dominum et gratias agentem, unde intelligimus bonorum remunerationem non esse sine v̄ malorum. Inde psalmus (*Psal. ii*) : Cum exarserit, inquit, in brevi ira ejus, utique super malos, beati omnes qui confidunt in eo. Sic et nunc ipsa Ecclesia dicit : Venit ira tua et tempus mortuorum judicare, et dare servis tuis mercedem, etc. Hoc est v̄ novissimum. Recapitulata sane Domini nativitate corpora, eadem aliter ac latius dicturus insinuat. Et apertum est templum Dei in cælo, id est Ecclesia. Templum Dei, Christi corpus intelligi potest. Unde idem Dominus : Solvite, inquit (*Joan. ii*), templum hoc, et in tribus diebus resuscitabo illud. Aliter hic sub multiplici significationum varietate certa potest intelligentia vestigari, ut unaquæque res suæ proprietati aptius reddita, lucidius possit agnosci. Cum enim arca plerumque significet Ecclesiam, hic in templo arcam testamenti aliquid altius intelligendum admonuit; dicendo etiam in cælo, secretum nos aliquid penetrare persuadet, ut iste sit intellectus : templum Ecclesia; arca testamenti mysterium incarnationis Christi qui ad mortem illius arcæ et tabulas intra se testamenti gerebat, qui legem non solvere venerat, sed adimplere (*Matth. v*). Quotquot enim promissiones Dei sunt, ait Apostolus (*II Cor. i*), in illo est. Et urna auream habentem manna (*Hebr. ix*) : quia spi-*

rituale pabulum intra corpus sapientiæ fulgore decorum gerit intellectum aliis prærogandum. Panis enim Dei est, qui de cælo descendit et dat vitam mundo (*Joan. vi*). Et virgam Aaron, eo quod immerata virgine singulariter novo ortu progenitus, intra tectorium carnis instar amygdalæ, omnes thesauros sapientiæ et scientiæ penes se habere narratur (*Colos. ii*) absconditos. Hinc psalmis : *Exsurge, inquit, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ, et cætera quæ eidem concinunt sensui.* Sic enim promittit Deus per Jeremiam aboleri arcam testamenti de cordibus hominum, illam utique Hebræorum, et Jerusalem, id est Ecclesiam vocari thronum Domini, dicens : *Cum multi, beati fueritis et creveritis super terram, dicit Dominus, non dicet jam, arca testamenti Domini, neque ascendet super cor. In illis diebus et in tempore illo vocabitur Jerusalem thronum Domini, et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini (*Jerem. iii*). Et facta sunt fulgura et voces et tonitrua et terræmotus et grando magna.* Fulgura, virtutes, quibus suos Christus Dominus fecit fulgere discipulos. Voces et tonitrua, prædicationes, quibus tanquam nubes apostoli populi intonabant. Terræmotus, seditus, concitatus populorum, qui persecutiones crescenti Ecclesie sæpius ingerebant. Grando semper se plus frangendo fructibus illisa nocet, seque vastando comminuit. Sic etiam sæva gentium multitudo, quæ fidem Christi persquebatur, ipsum postea secundo, facta est numero vel parva vel nulla. Hæc dixerat facta et in descriptione prædicationis septem angelorum ab ipso adventu Domini, et generaliter ab origine in finem; deinde per partes quæ ad odum facta sint, ita et nunc ut templum Dei in cælo apertum sit, et posita secutæ, dicens :

CAP. XII. *Signum magnum visum in cælo. Quod nunc quoque videtur in Ecclesia, id est sapientiæ Dei humanam naturam sancto Spiritu operante conjungi, et ex utraque unum eundemque Christum mediatorem Dei et hominum fieri, prædicari vel credi, ipso dicente (*Joan. ii*) : Solvite templum hoc, et in tribus diebus resuscitabo illud; et evangelista, Ipse autem dicebat de templo corporis sui. Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus.* Frequenter dictum est genus in multas dividi species, quæ unum sunt, nam quod est cælum, hoc est templum in cælo, hoc mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, id est Ecclesia Christo induta, propter ejus dilectionem mutabilia cuncta calcantem. Neque enim his mutabilibus rapitur, quæ stabili coherens bene veraciter dicit (*Psal. lxxii*) : *Mihi autem adjungi Deo bonum est.* Hinc illæ voces sunt quas de Ecclesia legimus (*Cant. vi*) : *Speciosa sicut sol, perfecta sicut luna; et iterum : Sic ut luna perfecta in æternum, et testis in cælo fidelis (*Psal. lxxxviii*).* Peregrinantem sane Ecclesiam dicit; aliter, post humanam Christi nativitatem vidimus multas hæreticorum eademque falsas proferri sententias. De hoc namque templo aliud Valentinus, aliud Bardeanes, aliud Apollinarius, aliud Nestorius,

aliud Entyches, aliud Timotheus Hilarus, hæresiar-
chæ, prout libuit mentiti, dixerunt, ut tanquam ve-
ritas de terra orta sit et pugne secutæ sint, ut unde
orthodoxi e fideles acquirunt præmium, inde hære-
tici male de Christi incarnatione sentientes, incur-
rant damnationis æternæ supplicium. Hinc de ipso a
Simone dictum in Evangelio (*Luc. ii*) meminimus :
Ecce p- situs est hic in ruinam et in resurrectionem
multorum in Israel, et in signum cui contradicetur.
Et in capite ejus corona stellarum duodecim, id
est Ecclesiæ; duodenario apostolorum numero pri-
mordia dicit fundatæ mox Ecclesiæ, decorari. Hinc
psalmus dicit (*Psal. xx*) : Posuisti in capite ejus
coronam de lapide pretioso. Et erat prægnans
mente, non ventre; et clamabat. In valle po-
rationis gemebunda et quos parturit, parit; et jam
genitos parturire non desinit. Hinc Apostolus (*Galat. iv*) : Filioli mei, inquit, quos iterum parturio, donec
Christus formetur in vobis. Et visum est aliud signum
in celo, et ecce draco rufus magnus, cruentus videli-
cet et sævus, habens capita septem et cornua decem,
et super capita ejus diademata septem. Capita se-
tem reges sunt septem, cornua vero regna, de quibus
suo loco erit plenius disputandum, et cauda ejus
trahabat tertiam partem stellarum cæli, et dejecit eas in
terram. Cauda, prophete iniqui sunt, per quos suam
inimicus nequitiam implet. Hinc Isaias dicit (*Isa. ix*) :
Propheta docens mendacium, ipse est cauda. Qui
eorum doctrinis inhærent, in terram præcipitari di-
cuntur. Tertiam porro partem stellarum cæli, illud
memorat omne corpus malorum, sive in angelis quos
de cælo secum pari ruina detraxit, sive in hominibus
quos seduxit. Stellas autem, quos de bonis diabolus
reprobos facit. Et draco stetit in conspectu mulieris
quæ paritura erat, ut cum peperisset, natum ejus come-
disset. Id est insidiator diabolus novum hominem
qui secundum Deum creatus est, et in quo renova-
mur spiritu mentis nostræ justitia et sanctitate veri-
tatis (*Ephes. iv*) in Ecclesia molitur occidere, cum
in unoquoque fidelium ejus exortum ca- tiuse nititur
operire vel profectum exstinguere. Hoc etiam in
unum hæreticum contagio memimus, qui lethali
somnolentia suum natum usque ad mortem legitur
præfocasse, in quo natiuitas vitæ, in qua ambulare
jubemur, necari prophetice figuratur. In conspectu
autem mulieris stetit dicitur, quoniam illa, inquit,
observabit caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo
ejus (*Gen. iii*). Et peperit masculum qui recturus erat
omnes gentes in virga ferrea. Ideo masculinum, quod
virili sexui noverimus tanquam superiori, jure deberi
victoriam. Recte hic caput Ecclesiæ Christus in sin-
gulis membris dicitur nasci, qui cognoscitur princi-
pari. Ipse enim auctor et consummator est fidei, in
quo faciemus virtutem. In virga ferrea, id est in in-
flexibili justitia. Reget, in bonis; confringet, in ma-
lis. Quod etiam ejus Ecclesiæ tanquam corpori
coaptatur et capiti. Omnes enim (inquit) qui in Chri-
sto Jesu baptizati estis Christum induistis (*Galat. iii*);
et, Erunt duo in carne una. Quod in Christo intelli-

gendum, dicit Apostolus, et in Ecclesia (*Eph. v*).
Raptus est filius ejus ad Deum et ad thronum ejus.
Licet in capite Christo præcesserit, qui peracta dis-
pensatione ascendit ad Patrem, congruit tamen et
corpori. Hinc sunt illæ voces Apostoli (*Eph. ii*) : Qui
nos resuscitavit, et consedere fecit in coelestibus :
et (*Philip. iii*) : Conversatio nostra in cælis est; et
(*Colos. iii*) : Si consurrexistis eum Christo, quæ sur-
sum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei
sedens. Quod si etiam de Christi persona specialiter
velis accipere, excepto cruciatu, quem in partu
B. Mariam non est credendum habuisse, quam novimus
nullum in conceptu peccatum libidinis contraxisse,
recte potes cætera coaptare, si rufi draconis insidias,
persecutiones quas ab ipsis incunabulis ab Herode
B (*Matth. ii*) Christus pertulit; et deinceps usque ad
mortem crucis subire voluit cognoscamus, qui cum
mortem ejus inhians appetisset, ejus resurrectionem
frustratus, ad thronum Dei, id est ad dexteram Pa-
tris raptum ingemit. Et mulier fugit in solitudinem,
ubi habet locum præparatum a Deo, ut eam ille sal-
di- bus mille ducentis sex- ginta. Solitudinem ponit
hujus vitæ peregrinationem, in qua singulæ spe
beatæ remunerationis ut passer singularis (*Psal. ci*)
vivit Ecclesia, quæ a rege suo potestatem accepit
calcandi supra serpentes (*Marc. xvi*; *Luc. x*) et
scorpiones, et super omnem virtutem inimici jam
draconis rufi : nam etiam populus Israel per
eremum - ductus (*Num. xxi*), ignitos serpentes
ænei visu potuit superare. Omnia enim hæc, inquit
Apostolus (*I Cor. x*), in figura nostri facta sunt, et
sicut illos manna visibili, sic nunc Ecclesiam pascit
pane coelesti. Præparatum autem locum habet, de
quo propheta dicit (*Psal. lxxxiii*) : In loco quem dis-
posuit : quodque eum nec oculus vidit, nec auris
audivit, nec in cor hominis ascendit (*I Cor. ii*), quia
cor hominis illuc debet ascendere, humani sermonis
pæce mutua compellente, locum dispositum et locum
præparatum potuit utrumque proferre, cum autem
præmitteret, dicens (*Psal. lxxxiii*) : Beatus vir cujus
est susceptio ejus abs te, Domine, ascensionem in
corde ejus disposuit in convalle plorationis, in locum
quem disposuit. Idem nimirum et refugii locus est
peregrinis, et refectionis cibus esurientibus servis,
qui merces promittitur regnaturis. Hæc ergo quæ
paravit Deus Apostolo dicente (*I Cor. ii*), diligenti-
bus se : Nobis, inquit, revelavit Deus per Spiritum
suum, quo nunc revelante, hæc profunda etiam beatus
Joannes potuit penetrare, isto sane diurno numero,
qui tres annos et sex menses faciunt, omnia Chri-
stianitatis tempora etiam hoc loco significat ex quo
Christi prædicatio cœpit, et usque in finem fructifi-
cans crescit. Et accidit prælium in cælo Michael et
angelis ejus, ut pugnarent cum dracone, etc. Non
hic putandum est, angelos Dei in cælo ausos fuisse
impugnare, cum nec Job hic posset, nisi Deo per-
mittente, tentare (*Job i*). Sed cælum hic Ecclesiam
manifestius declaravit, ubi contra spiritualium nequi-
tias ab unoquoque fidelium jugiter dimicatur. Hinc

Apostolus (*Ephes. vi*): *Nam est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, et adversus mundi rectores tenebrarum harum. Ideo autem hic Michael cum angelis suis contra diabolum configere dicit, quia secundum voluntatem pro peregrinante Ecclesia orando ei adiutorio ministrando, recte intelligitur pro ea configere. Nonne sunt omnes, inquit Apostolus (*Hebr. i*), administratores spiritus, missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis æternæ? Nam et nomen ipsius Michael, adiutorium Dei interpretatum dicitur, et congrue hoc ei opus specialiter deputatur. Ipsum enim et Daniel in novissima pressura in adiutorium dixit Ecclesie esse venturum. In tempore, inquit (*Dan. xii*), illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui, et veniet tempus quale non fuit ab eo quo gentes esse coeperunt, usque ad tempus illud. Et in tempore illo salvabitur populus tuus, omnia qui inventus fuerit scriptus in libro. Quod vero angeli ejus esse dicuntur, eo hic locutionis genere usus est, quo legimus (*Matth. xviii*): Quoniam angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est, eorum scilicet quorum cives esse in Christum credendo coeperunt, sicut et hic angeli ejus: quia uno præidente rege manerari, et uno Spiritu creduntur vivificante beatificari. *Et draco pugnabat et angeli ejus, neque valuerunt, neque locus eorum amplius in cœlo inventus est.* Diabolus et angeli ejus intelligendi sunt, qui ei natura et voluntate similes sunt, sed et homines, qui eorum laqueis irroiti, talium fuerint sectatores. Nam pro qualitatibus voluntatum et de diabolo dictum est: *Malus homo hoc fecit (*Matth. xiii*), et de Juda, diabolus est (*Joan. vi*).* Bipartito quippe corpore diabolus in suis traditur, victus autem ab eis dicitur expelli, qui post renuntiationem ejus, fide Christi percepta, errores ejus ultra non repetunt, sed in eis charitas perseverat de corde puro et conscientia bona et fide non ficta (*I Tim. i*); sive quando ab omni malorum commixtione jam separata Ecclesia, et futura beatitudine glorificata, diabolo et angelis ejus nullus neque seducendi malos, neque probandi bonos, locus amplius tribuetur. Unde psalmus ipsum notans, dicit (*Psal. xxxvi*): *Transivi, et ecce non erat; et quæsi eum, et non est inventus locus ejus.* Et missus est ille draco, serpens magnus et antiquus, qui dicitur diabolus et Satanas, qui seducit universum orbem terrarum, missus est in terram, et angeli ejus cum eo missi sunt in terram. Hic terrena sapientes dantur intelligi, in quibus illa sententia prævalente diabolus cognoscitur habitare. Terram comedens omnibus diebus vitæ tuæ (*Gen. iii*). Ab spiritalibus enim exclusus, suis meritis aptos terrenos invadit, hoc est de cœlo præcipitari et in terram mitti. *Et audiivi vocem magnam in cœlo dicentem: Nunc facta est salus et virtus, et regnum Dei nostri, et potestas Christi ejus.* Evidenter ostenditur, in quo nos cœlo intelligere ista conveniat. In Ecclesia namque factum novimus victoria Christi salutem, per quam cognitam*

A accepit etiam potestatem ligandi soluta et solvendi ligata, cum in uno Petro generali significatione omnis audit: *Quæ ligaveris super terram, ligata erunt et in cœlis, et quæ solveris, soluta (*Matth. xvi*).* De hac Dominus dicit (*Matth. xxviii*): *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra, non quam semper ipse habuit, sed quam in Ecclesia ex tempore quo voluit tanquam caput in membris habere cepit. Quoniam præcipitatus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos in conspectu Dei nostri diebus ac noctibus. Exsuperatus est ab ipse propter sanguinem Agni, et propter verbum testimonii eorum.* Præmisso nuper locutionis genere, ex persona angelorum dicit: *accusator fratrum nostrorum, id est, civium in futuro nostrorum, nunc autem peregrinorum.* Ad illam quippe civitatem cœlestem Jerusalem fide's nunc tendunt, quam angeli feliciter incolunt. Quod autem de cœlis exclusum, in terram missum gaudendo dicere perhibentur, illorum redemptioni congratulantur, quos sibi Dominus ad inhabitandum præparare dignatus est templum. Anima enim justi sedes sapientiarum. De terrenis autem, in quos dicitur descendisse, divinæ justitiæ penetralia angeli cognoscendo collaudant, eique misericordiam et iudicium semper beati decantant, cum et in redemptionis bonitas, et in perditis æquitas divina monstratur. Nam et illi vincentes per Agni sanguinem dicuntur diabolum superare potuisse. Et quod sequitur, *Nec amaverunt animas suas usque ad mortem, illam utique accepisse credendi sunt charitatem, quæ diffunditur in cordibus nostris, non ex nobis, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis (*Rom. v*).* Huic iam magno bene congratulandum docens, dicit: *Propter hoc exsultate, celi, et qui habitatis in eis.* Hic si ut superius in angelis cœlum Ecclesia cognoscatur, utrisque convenit in Domino concorditer gratulari, cum et homines angelis sociari creduntur, et angeli hominum in Christo substantiæ famulantur. Sequitur, *Væ vobis, terra et mare, quoniam descendit ad vos diabolus cum ira ingenti, sciens modicum sibi tempus superesse!* Sicut redemptionis exultatio, sic pereuntibus planetus debuit exhiberi. Hinc Ezechiel dicit (*Cap. ii*) se librum accepisse habentem scriptum lamentum, carmen et ræ. In lamentatione pœnitentium fletus, in carmine jucunditatem sanctorum insinuat. Væ autem, multorum condemnationem proprie manifestat. Quod et iam hic memorat, dicens: *Væ vobis, terra et mare, etc., usque, sciens modicum sibi tempus superesse.* Hinc Domino invicta potestate coactus confiteri, dicit: *Venisti ante tempus torquere nos? Et cum vidisset draco quod esset dejectus in terram, persecutus est mulierem quæ fluminem masculinum pepererat.* Hoc est, quod præmisimus inextricabiles inimicitias contra Ecclesiam diabolum gerere. Quando enim vincendus excluditur, tanto acius suas non desinit multiplicare versutias. *Et datæ sunt mulieri duæ alæ quasi aquilæ magnæ, ut volaret in solitudinem in locum suum.* Ecclesia in modum alarum duobus utitur Testamentis, quibus edocta, insidias inimici et præceptis defugere

studet instructa, et exemplis superat informata. Gemina quoque regitur Dei et proximi charitate. Locus autem solitudinis, est hujus mundanae peregrinationis. Quoniam enim sumus in corpore, peregrinamur a Domino (*II Cor. v*). Quo maxime cor dirigit, qui non loco, sed affectu de mundo diacedit, et propheta dicit (*Psal. lrv*): Ecce elongavi fugiens, et mansi in solitudine. Expectabam enim qui salvum me faceret. Congruè autem hic aquilæ similitudinem memorat, quæ cum præ cæteris avibus cognoscatur altius evolare, viso tamen eminens cibo, indigentia naturali subacta, mox ad ima descendit, sicut Ecclesia in spiritalibus membris cum ea quæ sursum sunt (*Colos. iii*) mente petat et sapiat, infirmitate tamen corporis aggravata, necessitatibus subjacet indigentia corporalis, pro quibus ingemiscit et pariter usque adhuc; vanitati enim creatura subjecta est (*Rom. viii*), non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe. Item: Sive enim mente excessimus, Deo, sive temperantes sumus, vobis (*II Cor. v*). Ubi alitur per tempus et tempora et dimidium temporis ab Antichristi facie, id est illius serpentis, trium annorum tempore et sex mensium. Hoc rursus significat tempus, quo usque ad finem Christi Dei Ecclesia propagatur, idolorum culturam fugiens, omnesque serpentis errores, hoc est quod dicit, a facie illius serpentis, quem draconem superius memorat, quod eum in sanguine Agni vicit, ut veraciter cantet (*Psal. xc*): Super aspitem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et draconem. Et misit ille serpens ex ore suo post mulierem aquam in modum fluminis, ut eam perderet. Impetum persecutorum aqua significat. Hinc psalmus (*Psal. cxxii*): Cum insurgerent homines in nos, forsitan vivos absorbuissent nos. Cum irasceretur animus eorum super nos, forsitan velut aqua deglutissent nos. Torrentem pertransiit anima nostra, etc. Sed adjuvit terra mulierem, et aperuit terra os suum, et absorbit flumen quod draco ex ore suo emiserat. Licet terra possit hic quoque

A Ecclesia intelligi, sicut in psalmo (cn): Qui fundavit terram super stabilitatem suam, non intremabit in sæculum sæculi; id est in sanctis, quorum preces atque doctrinæ et dispensatio salutaris, inimici versus suas detectas evadant, melius hic tamen intelligitur terra humane in Christo natura, ipsa est virtus quæ de terra orta est (*Psal. lxxxiv*); qui vultus Dei semper apparet, sicut Apostolus dicit (*Hebr. vii*), pro nobis interpellat. Hæc enim terra susceptam in se deglutiens mortem (*I Pet. ii*), tanquam os dicitur aperire, qualidò abundantia vitæ suæ auctorem mortis cognosceret sorbuisse: et absorbebam [absorbendum] nōnominus docuisse, quando in monte sedens (*Math. v*), aperiens os suum, ampliora præcepta discipulis tradidit, legem mandatorum evacuans (*Ephe. ii*). Et tratus draco mulierem, ab i facere bellum cum reliquis de semine ejus qui observant præceptum Dei, et habent testimonium Jesu Christi. Videns non posse continuari persecutionem, neque ad effectam noxia vota perducere, quibus Ecclesiam Christi de mundo auferri posse phatbat vel affectabat, stillet domus corporis tropæo in cælestibus prævalentem, et in terrestribus dominantem, atque inferis imperantem. Ad hoc enim, inquit Apostolus (*Rom. xiv*), Christus mortuus est et resurrexit, ut et vivorum et mortuorum dominetur; itaque (*Phil. iii*): Ut in nomine Jesu omne genua doctatur, cælestium, terrestrium et infernorum. Hoc, inquam, videns, bellum quidem cum reliquis de semine Ecclesiæ per singulas generationes indesinenter molitur ingerere, quam se jam novit de mundo eradicare omnino non posse, quia portæ, inquit, inferorum non prævalerunt adversus eam (*Math. xvi*). Illo utique Christus mirabiliter utens, multiplicatos sibi martyres opportuno conquirat. Draconem vero cum sociis acrioribus plerendum iudiciis deservit. Quocirca hunc librum ejusdem Ecclesiæ potius memorabili aptius concludi victoria, cujus de mundo non potest perire memoria.

LIBER QUARTUS.

CAP. XIII. Et vidi bestiam ascendentem de mari, habentem cornua decem et capita septem, et super cornua ejus diademata. Hoc hic mare posuit, quod ante abyssum, de qua dixerat ascendere istam bestiam. In utroque autem significatur populus: populum quippe videt e populo ascendere, et de populo bestiam surgere. Bestia autem generale nomen est, agno contrarium, sed in narratione pro locis intelligendum est, quam partem bestie dicat. Aliquando enim diabolus dicit bestiam, aliquando corpus ejus, aliquando unum ex capitibus ipsius bestie, quod quasi occisum in mortem resurrexit, quod est simulatio veræ fidei: aliquando solos præpositos dicit bestiam. Nunc autem bestiam ascendentem de mari, corpus diaboli dicit, habentem cornua decem et capita septem, et super cornua ejus diademata, et super capita ejus nomen blasphemie, in eo quod

se deum vult haberi, juste dicitur blasphemie nomine titulari. De decem vero cornibus et septem capitibus, aptiori subsequenti loco dicitur, quod utrumque ubique sufficiat. Et bestia quam vidi similitudo erat pardo, et pedes ejus tanquam ursi, et os ejus ut os leonis. Pardo propter varietatem gentium comparatur, urso propter malitiam bestialem, leoni propter virtutem corporis et linguæ superbiam. Et dedit ei draco virtutem suam, et thronum suum, et potestatem magnam. Sic Apostolus de diaboli corpore loquens, Cujus est, inquit (*II Thess. ii*), adventus secundum operationem Satanæ in omni virtute et signis et prodigiis mendacii, his qui pereunt. Et unum caput ex septem capitibus quasi occisum fuerit ad mortem, et plaga mortis ejus curata est. Unum ex capitibus ejus dicit Antichristum, quia septem non numero sunt, sed significatione universalitatis regni terreni agno

contrarii. Huic draconem, id est diabolum, suam dare certum est potestatem et thronum suum. Sicut enim in bono anima iusti sedes sapientiae, sic in malo illis inimicus dare dicitur thronum, quos maxime possidens ad alios utitur seducendos, admiranda per eos Deo sinente frequenter exercens, qui tanta impietate progreditur, ad eludendos animos parvulorum, unum ex capitibus septem imitatione veri capitis se quasi occisum surrexisse, et pro Christo, qui hoc vere perfecit, suscipiendum audeat exhibere. Et admiratae sunt gentes inhabitantes terram. A bestia translationem nominum fecit, ut diceret, mirata bestia socuta est bestiam. Terram enim posuit pro terrenis, qui eum et sequi et adorare maluerint, id est, sui qui in Antichristo tanquam in simulacro diabolum adorare dicuntur, hoc est quod dicit: *Et adoraverunt draconem*, eo quod tradidisset omnem potestatem suam bestiae. Iterum adoraverunt bestiam, dicentes: *Quis similis illi bestiae? Et quis poterit beligerare cum ea?* Cum a suis sociatibus eminere laudatur, sicut legimus, et aperire os gentium ac virtutes bonorum, et admirationem habere rem animalem ad terram: cum ergo, inquam, a suis laudatur, et in magniloquio extollitur, totum bestiae corpus omnino describitur. *Et data est ei potestas facienda mensibus quadraginta duobus.* Illis etiam mensibus tres anni cum sex mensibus adimplentur, quibus superius quidem praesentis, nunc autem specialiter novissimae persecutionis praenuntiatur asperitas: nam propter quatuor notissimas orbis partes, si quater legalem decalogum duxeris, in quo perfectionis est signum, quadragenarium complex: his cum duo charitatis praecepta actu adieceris adimplenda, quadraginta duo perficiunt. Nihil enim juvissent enuntiata verbis, si non perficerentur operibus; his enim Ecclesia dicitur sicut alis aquilae temporaliter praemuni, in solitudinem fugiens draconis insidias, alenda diebus mille ducentis quadraginta, quibus menses quadraginta duo supplentur, ut idem numerus non inani clarescat significatione taxatus. *Aperuit autem in blasphemiam os suum adversus Deum in blasphemandum nomen ejus, et tabernaculum ejus, et eos qui in caelo habitant*, id est adversus Deum et Ecclesiam quae in caelo habitat, propter quod Apostolus (*Philip. iii*): *Conversatio nostra in caelis est*, inquit; et (*Rom. viii*): *Nunc autem in carne non estis*. Aliter: Templum hic etiam corporis Christi glorificatum puto significari tropaeum, quem tunc Antichristus dicitur blasphemare, quando dignitatem ei specialiter debitam, sibi ausus fuerit assignare. Hinc in Evangelio Dominus dicit: *Unde seducantur, si fieri potest, etiam electi: confestim tamen sequitur: Sed propter electos abbreviabitur dies illi* (*Matth. xxiv*): *Et data est ei potestas facienda bellum cum sanctis, et vicit eos*. Dicendo, aperuit os suum, ostenditur in hanc damnabiliter fiduciam proripisse, ut quod ante occulte, nunc publice audeat blasphemare, quando dignitatem ei specialiter debitam sibi ausus fuerit assignare, et iniquitatem in excelsis loqui, ut contrarius Christo, se velit pro eo ac-

ciendum vel vi ingerere, vel fraude supponere: potestatem temporaliter accipiet, qua ille male utens, nocere volens corpori Christi, sicut persecutores Christo patienti, amplius extollitur, et cum suis acris cruciatur: de hac Dominus dicit (*Joan. xii*): *Non haberes in me potestatem, nisi datum tibi fuisset desuper*. Si ergo circa suam passionem hanc ad momentum suis persecutoribus Christus dederat cum in eo princeps hujus mundi nihil dignum morte reperiret (*Joan. xiv*), quid mirum si in sua Ecclesia sic ad tempus malos grassari permittat, ut eos vicisse dicat? licet a toto pars intelligi debeat, quam vinci potest. *Et data est ei potestas in omnem tribum et populum et linguam et gentem; et adoraverunt eum omnes inhabitantes terram, quorum nomina non sunt scripta in libro vitae Agni occisi, qui est ab origine mundi.* Parum quippe videretur, si de ea bestia quae Agno contraria toties ponitur, diceretur: *Non est Agnus aut non est Christus*, quod se fingit, sed nec in libro Agni scriptus esse quispiam meruit, aut ipse aut qui ei consentiunt; licet possit etiam bestiae corpus intelligi, propter quod praemisit: *Adoraverunt eum omnes inhabitantes terram*, id est, terreni diabolum, cui dictum est: *Terram comedes* (*Gen. iii*); de quibus Jeremias dicit: *Recedentes a te in terra scribentur* (*Jerem. xxxii*); velpsalms, *Et cum iustis non scribantur* (*Psal. lxxviii*). *Si quis habet aures audiat. Qui captivum duxerit, et ipse capietur.* Quoties hic ea spiritus dicit, quae intentius audienda sunt, ita praemittit. Facta enim mentione illius potestatis quam accepturus est diabolus et bestia, ne magni pendendum esse rufo: i culinis momentaneum supercilium putaremus, tanquam cogitationibus humanis occurrens, instruit, dicens: *Qui captivum duxerit, et ipse capietur*: ac si diceret, Diabolus et bestia qui suis nunc rebus gentes captivare videntur, ipse erit cum suis cito captivus. *Et qui gladio occiderit, et ipsum oportet gladio occidi.* Sciens talia adventu Domini protinus vindicanda, propterea dicit: *Et ipsum gladio oportet occidi*, absolute ponens diaboli et Antichristi personam, tanquam habitantem cum habitaculo: idcirco indefuiste: *Qui captivum, inquit, duxerit, et ipse capietur; et qui gladio occiderit, et ipsum gladio oportet occidi*: hinc Apostolus loquens, dicit (*II Thess. 2*): *Tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui*. Tunc utique cum absorpta fuerit mors in vicoriam (*I Cor. xv*), quando sanctos omnes oportet patienter et longanimiter expectare; idcirco subiecit: *Hic est patientia et fides sanctorum*. Unde idem apostolus (*Galat. vi*): *Frates, inquit, non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes*. *Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, habentem cornua duo similia agni, et loquebatur ut draco: et potestatem prioris bestiae omnem faciebat in terra.* Duo cornua agni similia, duo Testamenta vero Agno cōmpetentia, sibi more usurpare tentavit. Ut draco tamen loqui dicitur, quia in hypocrisi, id est simulatione veritatis, quos seduxerit,

decipit. Agno enim similis non esset, si aperte ut draco loqueretur. Nunc autem agnum fingit ut Agnum invadat, id est Christi corpus; ut draco loquitur, quod cum quærentes a via veritatis delusos expellet; et omnem potestatem prioris bestię faciebat in terra. Prioris dixit, quam de mari ascendentem se vidisse præmisit, cui diabolus dederat potestatem suam magnam. Hanc potestatem dixit facere bestiam coram bestia. In præpositis enim quos distribuit, et omnis potestas populi, tanquam locustarum et equorum in caudis. Astante enim populo faciunt præpositi quod diaboli voluntati proficiat, sub velamento hypocrisis Ecclesię. Instantium autem utramque bestiam claret unum corpus esse, et unius nequitie cultum exercere, ut etiam sequentis bestię hypocrisis illi priori bestię militare dicatur. Ideo subiecit: *Uti inhabitantes terram, adorarent bestiam illam priorem, cujus curata erat plaga mortis, et fecit signa ita ut etiam ignem ficeret de cælo descendere sub oculis hominum; et seduxit eos qui inhabitant terram; vel, sicut alia translatio habet, Terram et qui habitant in ea.* Translatio neminem iterum nominum facit. Bestiam illam cum capitibus vocavit terram, caput ejus bestiam. Dixerat enim ejus capitis curatam esse plagam. Nunc bestia, inquit, cujus curata est plaga, ostendens quia omnes partes bestię, bestiam vocat, quia in omnibus ejus officiis diabolus est, qui est bestia. Bestia ergo cum duobus cornibus, quæ est pars bestię, facit bestiam, adorare bestiam, quia dixit et terram, ut in caput veluti occisum bestię nomen transferret, nec diceret: Fecit bestia ut adoraret bestia bestiam. Nam aliud est bestia, aliud terra, cum bestia populus sit, terra occiderit. Terram autem et eos qui habitant in ea, non sine ratione dixit. Nam sufficeret, terram aut eos qui habitant terram, sed vim seductionis ostendit, et animam et corpus sibi miserabiliter mancipasse. Qui enim vi cadit, non relictus, solo corpore captivus est. Qui autem seducitur, et corpore captivatur et mente. Propterea dixit: Facit terram et eos qui inhabitant eam, adorare bestiam, cujus curata est plaga mortis, et vixit. Intentius perspicimus. Dominus noster Jesus Christus habet plagam de gladio, et vixit; hic autem dixit bestiam, quæ habet plagam factam de gladio, et vixit. Dicit adoratum draconem et adoratam bestiam. Recedebam cum solus draco adoratur a suis. Non enim sicut Ecclesia habet mediatorem corporaliter inter se et Deum, ita et diabolus inter se et suos, sed solo nomine de imitatione Christi. Bestia ista quam dicunt, inter diabolum et suos personam non habet, quia in solo est vocabulo, quo dicunt se adorare Christum, qui mortuus est et resurrexit (Rom. viii). In quo vocabulo diabolus adorant, qui hoc simulacrum suis invenit. Ipse enim Satanas transfiguratur se velut angelum lucis (II Cor. xi), exhibens suis fallaciter solo nomine Christum. Porro ipse et suum et mediatoris implet locum, quod mediatorem non habet, nisi simulacrum Christi. Ipsam insimulationem dicit bestiam habere plagam gladii, et vivere. Bestia est

A enim, quæ hoc nomine inter se et suos conversatur. Propterea si quando dixit bestiam adorare, quæ habet plagam de gladio, et vixit, diabolus ostendit, de quo Apostolus (II Thess. ii): Qui adversatur et extollitur, inquit, supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus. Tres itaque, diabolus, bestia velut occisa, populus cum præpositis suis, duo sunt mediante imagine. Et si quando mediam dicit adorari, in diabolum res cadit, qui suum et hujus mediæ neminis implet locum, cum se suis opponit damnabiliter adorandum, de imitatione furti simulata obambulatione vocabuli. Et fecit signa magna, ita ut ignem faceret descendentem de cælo sub oculis hominum. Cum multa eum dicat signa facturum, hoc signum memorabile cæteris prætulit. Hæc translatio quasi de prærito loquitur, cum futurum nuntiet. Alibi autem futurum significans, dicit: Ita ut ignem faciat de cælo descendere, id est, de Ecclesia ad terrenos, cum sive ex varietate gentium, sive ex inimicis fallentis astutia, linguis novis ac plurimis suos faciat loqui ministros, ut hoc quasi indicio donum sancti Spiritus se garriant percepisse, qui ignearum formam linguarum super singulos quondam veraciter legitur (Act. ii) Christi enuntiasse discipulos. Hoc enim præcipue signum credentium Dominus quoque commendat, dicens (Marc. xvi): Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo, dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, etc. Non ergo mirum si illa bestia quæ sibi simulate Agni occisi et viventis nomen usurpat, hanc etiam sancti Spiritus per imitationem fraudulenter vindicet speciem tenus largitatem, suisque ministris simulet damnationem, sicut Simonem quondam affectasse, nec potuisse meminimus. Nam et de expulsiōe dæmonum, signisque compluribus cum ipsi ministri Satanæ enumerantes dixerint (Matth. vii): Nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo dæmonia ejicimus? etc., non approbat Dominus gloriantes, sed damnat et reprobat contumaces. Et ideo fortasse hoc excellens de igne signum, quo Spiritus sanctus figuratur, voluit specialiter nominare, quod potius illo inveniri non poterat. Nam cum multa nobiscum hæreses videantur habere communia, hoc specialiter donum sola se habere Christi gloriatur Ecclesia. Magos denique Pharaonis similia Moysi miracula facientes (Exod. vii), Spiritus sanctus legitur frustravisse, cum in suis assertionibus succumbentes, veraciter confessione, dixissent: Digitus Dei est hic. Digitum autem Dei Spiritum sanctum dici, Evangelium protestatur, cum unus dicit (Matth. xi): In spiritu Dei ejicio dæmonia; alius (Luc. xi): In digito Dei ejicio dæmonia. Quocirca hinc vehementer seductionis ostenditur, ut illum habere spiritum bestia putetur, quo resistente, magorum fraudulentia vacuabatur. Ob hoc sequitur: *Et seduxit eos qui inhabitant terram propter signa quæ data sunt illi facere coram bestia, et dicit incolis terræ, ut imaginem bestię faciant, quæ habet plagam factam de gladio, et*

tu dicis, in tribus diebus suscitabo illud? Quod A evangelista exponens, ait: Ipse autem dicebat de templo corporis sui. Nec immerito. Nomen quippe Adam per Græcas litteras quadragenarium et senarium complet hoc modo, qui faciunt XLVI. Cum autem in se quoque

α δ α μ
I IV I XL

numerus fuerit solutus et per semetipsum scriptus et ductus, id est, quadraginta sex, illum Græcis litteris numerum nihilominus complet,

κ ο υ α δ ρ α γ ι ν τ α σ ε ξ
XX LXX CCCC I IV C I III X L CCC I CC V LX

modo qui in unum redacti, faciunt mille ducentos viginti quinque. Superius in monogramma diximus. Nunc soluti nominis digesta serie, demonstratur ejusdem numeri summa concludi, ut cum sibi utraque conveniant, non inanis, sed certi causam mysterii indubitanter insinuent. Ad hoc fortasse pertinet, quod de simulatione Antichristi Apostolus loquens ait (*II Thes. II*): Ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus, nam et in hoc libro: Apertum est, inquit, templum Dei in cælo, videlicet ex Virgine nato, ut sicut falsa Agni occisi imitatio rerumque similium, sic etiam templum Dei searte, non veritate transfiguret. Quosdam autem moveri posse non dubito de numero mille ducentorum viginti quinque, quod tres anni et sex menses non eandem numeri conficiunt summam. Sed sciendum quod nec uno modo, nec sub unius ejusdemque numeri definitione, Scriptura divina ipsum semper tempus insinuat. Nam et in ju-to [F. isto] libro de muliere quidam patiente loquens, dicit (*Sup. XII*): Alitque per tempus et tempora et dimidium temporis. Alibi autem de dracone et bestia (*Sup. XI*): Data est ei, inquit, potestas mensibus quadraginta duobus; itemque, Dabo, inquit, duobus martyribus meis, ut prophetent diebus mille ducentis sexaginta, cum constet, inter quadraginta duos menses et mille ducentos sexaginta dies, decem et septem dierum numerum discrepare; nec in isto tantum libro hunc numerum varie positum noverimus, cum etiam in visionibus Danielis diversa numeri quantitate hoc tempus significari noverimus. Nam dicit (*Dan. IX, XI, XII*), Tempus temporum, id est unum et duos annos Hebræorum more significans. Item dicit, Dies mille ducentos nonaginta. Alibi autem in decima visione mille trecentos nonaginta quinque dies ponit, quæ omnia circa ipsius temporis significationem sic demonstrari videntur, ut et dies judicii vel secundi adventus non divulgaretur humanæ notitiæ, et opulentia divini sermonis diversaque relatio possit exercere devotos. Inquirentibus denique discipulis, si hoc tempore præsentaveris, et quando regnum Israel, ita Dominus respondit: Non est vestrum nosse tempora quæ Pater posuit in sua potestate. Nam et in Græco, id est, quadraginta sex, per suos characteres scriptum, specialibus numeris si subsu-

metur, ab ipsius significatione temporis non elongat, facit enim mille trecentos septemdecim:

τ τ σ σ ε ρ α κ ο ν τ α ε ξ,
CCC V CC CC V C I XX LXX L CCC I V LX.

CAP. XIV. Et ecce vidi Agnum stantem in monte Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor milia; et habent nomen ejus, et nomen patris ejus scriptum in frontibus suis. Ostensa similitudine quam colit, et cui se similem facit adversitas, invicta quoque Ecclesie castra oportuit declarari, ne tam vehementi persecutionis impetu vel succubuisse, vel perisse eandem Ecclesiam infirmus animus æstimaret, ac ne de electorum numero quemquam cecidisse putaret, illorum maluit facere mentionem, qui arctioris viæ et angustioris semitæ apprehendere statuerunt tramitem, atque et ostenderet adversantium imitationis esse, non veritatis, quam bonos noverant viri Dei jure gestare: Habebant, inquit, nomen ejus (id est Agni) et nomen patris ejus scriptum in frontibus suis. Numerus autem hic finitus, pro infinito debet intelligi, et sacratus secreti significatione mysterii. Nam tetrario numero (triplicato sit novenarius, et quaternario quater ducto, sexdecim sunt. Novies autem sexdecim, centum quadraginta quatuor adimplentur, in quo numero virginei examinis mystice insinuata est plenitudo, ut cum de istis tam copiosa dicitur multitudo, de cæteris Ecclesie membris non dubitetur. Et audiui vocem de cælo quasi sonum aquarum multarum aut magni tonitruum, et vox quam audiri, quasi cithararum citharistarum, et cantabant novum canticum in conspectu throni et in conspectu quatuor animalium et seniorum. Nec quisquam poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti erant de terris. Hi sunt qui se cum mulieribus non coquinaverunt, virgines enim permanserunt. Hi sunt qui sequuntur Agnum quocumque vadit. Quibusdam visum est, hunc locum sic accipiendum exponere, ut non de solis fide et carne virginibus, sed etiam qui legitimo temperanter uti potuerint conjugio, dicerent agnoscendum: addentes prophetarum et patriarcharum exempla, quos Deo hominum summo sacritatis studio placuisse, ne tam excellentis viæ viros ab ipsorum consortio virginum separatos judicaretur excipere. At cum diligenti intentione perspicitur ex divinorum distributione donorum, evidens in Ecclesia Christi differentia meritum, in professione, ordine, votoque dissimilis, sequestrata illorum principali specialiter dignitate, qui habendo conjugia non solum nulla contrahere probantur offensa, sed etiam his qui propagandæ tantum proles gratia utendo, magna insuper conquirere potuerunt merita; eo quod venturo Christo talium conjugiorum prophetica militabat intentio, ut de aliis virtutibus sileamus, quibus eos floruisse Scriptura teste didicimus: eorum, inquam, excellenti culmine sequestrato, nullus unquam putaverit virginale decus vel pudicitie conjugali, vel etiam viduali continentie coæquandum. Quod licet multis divinæ Scripturæ can-

stantibus probetur oraculis, hoc tamen loco præcipue declaratur, cui exponendo B. Augustinus properans, eamque suscipiens exponendum, quid vel præmiserit vel senserit, ex ejus libro quem de sancta Virginitate edidit, in hoc opus curavi transferre, quo clareat, virgines honorabilem præ cæteris locum habere, quæ super rectitudinem fidei, secundum quam virgo est omnis Ecclesia, se Christo voverunt, etiam carnis integritate servata. Dicit enim: Habeant conjugia bonum suum, non quia filios procreant, sed quia honeste, quia licite, quia pudice, quia scilicet procreant, et procreatos pariter, salubriter, instanterque educant: quia illori fidem invicem servant, quia sacramentum concubii non violant. Hæc tamen omnia humani officii sunt munera. Virginalis autem integritas et per piam continentiam ab omni concubitu immunitas, angelica portio est, et in carne corruptibili incorruptioni: perpetuæ meditatio. Cedat huic omnis fecunditas carnis, cedat pudicitia conjugalis. Illa non est in potestate, ista non est in æternitate. Fecunditatem carnalem non habet liberum arbitrium, pudicitiam conjugalem non habet cælum. Profecto habebunt magnum aliquid præter cæteros in illa communi immortalitate, quæ habent aliquid jam non carnis in carne. Et post paululum: Propterea, inquit (I Cor. vii), præceptum Domini non habeo de virginibus prædicare, quo prædicator doceatur æternæ salutis prospicere, ab hoc quod nuntiatur, ille qui nuntiat, indicatur. Hinc psalmus (cxi): Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem ardentem. Sequitur: Metuite potius Deum, et date ei claritatem, quoniam venit hora judicii ejus. Licet ab exordio fidei Christianæ novissimus regnum cælorum appropinquare, hic tamen instantissime horam judicii ejus jam jamque nuntiavit adfuturam, ideo hujusmodi prædicationem necessario præmisit omnibus exhibendam, sicuti et Dominus dicit (Matth. xxiv): Prædicabitur hoc Evangelium in universo orbe, et tunc veniet consummatio. Atque ut ostenderet illum temporis articulum, in quo novissimæ persecutionis instabat adversitas, adjecit, potius, ac si diceret parvipendendam temporalem bestię potestatem, et Dominum potius metuendam quam homines, quem memorata ejus creatura fatetur in æternum. Et adorare enim, inquit, qui fecit cælum et terram, mare et fontes aquarum. Et alius secundus angelus secutus est eum dicens: Cecidit, cecidit Babylon illa magna a vino iræ fornicationis suæ. Babylon interpretatur confusio. Significatur autem in ea diaboli civitas ac populus, omnisque corruptela vitiorum, quam in sui perniciem et humani generis semper exerceat. Hanc ruituram jam cecidisse dicit, sine usitata Scripturæ locutione, quæ solet præteritum tempus pro futuro contexere, quando id de quo prænnuntiatur, novit inevitabiliter adimplendum, sicut: Diviserunt sibi vestimenta mea (Psal. xxi), et his similibus; sive quia tunc jam superbi cognoscuntur cadere.

A quando ausi sunt superbiere. Hinc psalmus (Lxxii): Dejecisti eos, inquit, dum extollerentur, tunc utique dejecti, quando elati. More autem suo dixit Scriptura, A vino fornicationis suæ ceciderunt universæ gentes, cum hæc civitas quæ aptator, atque ex omnibus conflata gentibus aggregatur, ipsa biberit ex vino fornicationis. Omnes enim gentes erroribus debriatæ, ipsa est civitas, sed unam dividit more suo. Et tertius angelus secutus est eum, dicens voce magna: Si quis adoraverit bestiam et imaginem ejus, et acceperit nomen ejus in fronte aut in manu sua, et bibet ipse de vino iræ Dei, mixto in poculo iræ ipsius. De bestia et imagine ejus satis superque jam dicta sint, verum quia certi hæretici mala a nobis credulitate desciscunt, alii autem dissona morum pravitate a traditionibus nostris exorbitantes, hostili utique malo perire monstrantur, omnes hic breviter in fronte aut in manu complectitur inscriptio bestię adjecta viventibus. Calix autem iræ non solus illius hic intelligi debet, quam Dominus dicit (Joan. vi): Ira Dei manet super eum, monstrans originale peccatum; sed etiam illa de qua Judæis contumacibus loquens, ait (Joan. viii): In peccato vestro moriemini, adjecta damnablem merita significans actionum. Et punietur igne et sulphure sub oculis sanctorum angelorum, et sub oculis Agni, et fumus de tormentis eorum ascendet in sæcula sæculorum. In conspectu Agni dicit, cujus judicium patientur, quem contemebant superbe, et cujus dominari affectabant membris injuste, angelorum sane ejus, qui eos poenas justas luere Deo revelante cognoscunt. Nec habebunt requiem die ac nocte quicunque adorant bestiam et simulacrum ejus, et quicunque notam sumit nominis ejus. Ex mortuis et viventibus adhuc hujus narrationis genere totum bestię corpus astruxit. Quod enim jam torqueri dicitur in defunctis, hoc adhuc adorare in superstitionibus constat. Quod autem die ac nocte requiem non habebunt adorantes bestiam et simulacrum ejus, id est diabolus, aut in illo capite occiso aut in corpore toto. Hæc est sapientia sanctorum, qui servant præcepta Dei et fidem Jesu. Hinc Dominus (Matth. x): Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit, et Apostolus (Heb. x): Patientia enim vobis necessaria est. Sic et hic in hoc sanctorum patientiæ constare dicitur, ut usque in finem perseverantes, societatem bestię et notam nominis ejus aufugiant. Et audivi vocem de cælo, dicentem mihi: Scribe: Felices illi mortui qui in Domino mortui sunt. Illi in Domino dicuntur mori, qui fide vitæque probabiles, hinc meruerunt evocari. Denique sequitur: Ab hinc etiam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Sicut econtrario illos impios dixit die ac nocte requiem non habere, sic nunc fideles requiem dicit ex bonis operibus meruisse. Oportebat enim malorum facta mentione, bonorum quoque beatitudinem ac plenitudinem prædicari: quæ quia in præpositis constat et populis, breviter hic utrumque complectitur, dicens indefinite primum: Felices illi mortui

qui in Domino moriuntur; propter eos autem qui in vinea laborant (*Matth. xx*), Requiescant, inquit, a laboribus suis, sic videlicet universis pollicens sollicitatem, ut in vinea laborantibus specialis requiei fructus despondeat post laborem. Hinc Apostolus. Rogamus, inquit (*I The. v*), vos, ut noveritis eos qui laborant in vobis, et præsunt vobis in Domino et movent vos, ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum. Vel etiam de se (*I Cor. xv*): Plus omnibus laboravi. Nam opera eorum, inquit, comitantur eos. De his propheta dicit (*Psal. lxxxix*): Et opera manuumstrarum dirige super nos. Et vidi, et ecce nubem albam, et super eam sedentem similem Filio hominis, habentem super caput suum coronam auream, et in manu sua falcem acutam. In nube incarnatio nostri capitis Jesu Christi, vel Ecclesiae corpus, quam Christus induit, post persecutionum incendia novatam ostendit, habentem in capite coronam auream. Ipsi sunt seniores cum coronis aureis, sive duodecim apostoli, quos initio prædicandi, fidei principaliter acquisivit. Hinc legimus (*Psal. xx*): Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Falcem porro acutam, judicalem dirimendi sententiam impiis debitam, etque divino judicio propter Ecclesiam justius irrogandam, pro qua defendenda pastor Christus semper evigilat. Hinc Zacharias: Haec est, inquit (*Zach. v*), devoratio, quæ exivit in faciem totius terræ. Et alius angelus venit, proclamans ad illum sedentem super nubem: Mille falcem tuam et mete, quoniam venit hora metendi, quia jam seges arida est. Terræ messoros, angelos, Domino exponente (*Matth. xiii*), futuros novimus, et sæculi finem maturæ messis judicio præsignatum: in qua segete, quia et in culmis aristisque fragilibus paleæ, et in granis frumenta cognoscuntur inesse, aptius hoc loco bonorum et malorum debitos fines significare recognoscimus, quando falcem maturis dicit messibus admovendam. Cui autem hoc potissimum fuerit intimandum quam Ecclesiae? Tunc ille sedens super nubem misit falcem suam super terram, et demessa est terra. Novissimi examinis tempore, peractis cum bestia spiritaliter præliis, ampliore poterit Ecclesia illuminatione cognoscere, quos suos debeat, quos vel alios firmiter reputare. Hoc est enim super nubem sedere, tanquam judiciaria divinitus potestate percepta, inter bonos malosque discernere. Scilicet, inquit Dominus (*Matth. xix*), inecum super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israel. Quod autem de aliis angelis sequitur, Domini prorsus videtur obtinere sententia, dicentis (*Matth. xiii*): Messoros angeli sunt. Quod autem valet tritura ad messem, hoc torcular ad uvarum expressionem ut et paleis exurendis, vinaceisque projiciendis tempus advenit, et fructibus recondendis cælestis habitationis receptacula secreta succedant. Et alius angelus processit de templo, quod est in cælo, et ipse habens falcem acutam. Item et alius angelus, habens potestatem super ignem. Qui habet falcem messoriam, ipse ha-

bet et vindemiatoriam; et qui dixit messori: Mete, ipse et vindemiatori, Vindemia. Unum est enim, et uno tempore fiet. Sed in messe et vindemia, sicut, in agricultura et edificatione Ecclesiae, figurata latitudo divini sermonis ostenditur, cum Apostolus dicit (*I Cor. iii*): Dei agricultura estis: Dei ædificatio estis. Et misit in torculari iræ Dei magnum, et calcatum est in torculari extra civitatem, et manavit inde sanguis usque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta. Dicendo iræ Dei, sententiam hic pro ira Dei posuit, quam superbo dicit inflatam, quem etiam magnum vocat. Tu, inquit, humiliasti sicut vulneratum superbum, nam torcular, sicut Græca exemplaria continent, semini generis posuit, et magnum masculini. Extra civitatem, extra Ecclesiam, futura videlicet discessionem facta, foris erit omnis homo peccati calcatio. Hic torcularis vel tritura aræ inutilia contexit, et imputribilia probat ut ignis vasa, et justos tentatio tribulationis (*Ecccl. xxvii*). Sanguis exiens usque ad frenos equorum, ultio usque ad rectores perveniens populorum. Cum enim persecutionis illatæ pœnas diabolus cum suis complicitibus coeperit luere, sanguis sanctorum qui effusus est, usque ad eum principesque ejus non incongrue dicitur pervenire, id est, equos illos per quos in persona hæreticorum bella moventur, et quicumque eorum sectantur errores. Sicut autem prædicatum est, in sanguine peccati, et sanguine persequetur per stadia mille sexcenta, id est per quatuor omnis mundi partes. Quaternitas est enim conquatennata, sicut in quatuor faciebus quadriformibus et rotis. Quater enim quadringenti millo sexcentos faciunt.

CAP. XV. Et vidi aliud signum in cælo magnum et mirabile, angelos septem habentes plagas septem novissimas. Instaurato rursus ordine, eandem plagas persecutionis novissimæ narraturus, attentum se i voluit auditorem, dicendo: Signum magnum et admirabile. In septem plane angelis Ecclesiam figurari intelligimus, quoniam in illis indignatio Dei consummata est. Et vidi, inquit, velut mare vitreum igni permixtum. Aquam videlicet baptismi, igne sancti Spiritus consecratam, vel etiam quod ad ignis pertinet qualitatem, martyrio rubricatam. Hinc legimus: Vasa figuli probat fornax, et homines justos tentatio tribulationis. Et super instantes vidi eos qui de bestia et imagine ejus victoriam ferrent. Super stantes, stabiles demonstrat in fide. Hos psalmus simili pene sermone describit, qui postquam dixit: Qui fecit cælos in intellectu, spirituales scilicet designans, supernæ veritatis serena intelligentia perfruentes, subiecit: Qui fundavit terram super aquas, super baptismum utique immobili. Licet enim videantur lacte nutriti, non tamen circumferuntur omni vento doctrinæ (*Ephes. iv*). Ideo et hic dicuntur de bestia ejusque imagine triumphare. Habentes citharas Dei. Laudibus corda dicata, et utriusque Testamenti consona veritate canora, vel carum ligno passionis exaltam, ubi non tantum vocis sonus, sed

etiam boni operis signatur effectus. Propterea et tanti viri Moysi interponit mentionem, sicut Deus testimonium perhibens dixit (Num. xii): *Servus meus Moyses, qui fidelis est in omni domo mea. Et cantantes canticum Moysi servi Dei, et canticum agni.* Plenius h. c. electorum intentionem expressit, qui dicunt ex corde: *Viam iniquitatis amove a me, Domine, et de lege tua miserere mei (Psal. cxviii);* vel, *Propter legem tuam sustinui te, Domine (Psal. cxix),* hisque similia, ut istos quoque de fidelium numero intelligi voluerit, ut pote victoriæ memoratæ participes. In Moyse autem vetus, in Agni vero cantico novum significatum est Testamentum, ut plenitudinem electorum ex utroque armatam, in utroque doceat existitisse perfectam, dicentes: *Magna et mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens, justæ et veræ viæ tuæ sunt, rex omnium gentium.* Utriusque paginæ Testamenti hoc nobis consona veritate testantur, quia universæ viæ Domini misericordia et veritas (Psal. xxiv). Omnium autem gentium rex hic aptius dicitur, quia non jam apud Judæam tantum Deus notus, neque in solo adhuc vellere ros cœlitus videtur influere (Judic. vi), sed sicut Malachias dicit (Cap. i): *A solis ortu usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur et offeruntur nomini meo oblatio munda.* Quod hic etiam sequitur: *Quis non timebit et dabit claritatem nomini tuo? quoniam tu solus pius es, quoniam omnes gentes venient, et adorabunt coram te, quoniam justa judicia tua manifesta sunt.* Hæc ex abundanti exponuntur, quippe jam opere impleri cernuntur. *Post hæc vidi, et ecce apertum est templum tabernaculi martyrii in cælo.* Hic jam reserari dicit abdita testimoniorum arcana de Christo Ecclesiæque promissa. *Et processerunt septem angeli cum septem plagis de templo.* De Ecclesiâ, contra quam pars adversa indesinentibus rebellavit insidit, ideo dicit plagas procedere, sive pro defensione sanctorum, in quibus a te Domine Christus contumelias sustinuit, sicut Paulo dicitur (Act. ix): *Saule, Saule, quid me persequeris? sive quia sicut Petrus memorat (I Petr. iv), tempus inchoationis iudicii de domo Dei.* Gemino siquidem modo homines certum est flagellari, ut aut peccata, sicut in Pharaone (Exod. xiv), Divinitas justa castiget; aut sicut in Job exercitio ampliore virtutis examinet (Job i). Nec immerito ab eo dictum legimus (Psal. cxviii): *Propavi me Dominus sicut aurum quod transit per ignem; vias ejus custodivi, et a mandatis labiorum ejus non reessi.* Angelorum autem numero vel plagarum, universitatem consummationis arbitror præsignari, sicut in Levitico frequenter dicit: *Et percutiam vos septem plagis. Vestiti linteis munda et candida.* Mortificatio assolet in linteis figurari. Unde si etiam in candore irreprehensibilia Dei iudicia cognoscantur, congrue in mundis linteis sensus putatur, ut mortificati hoc candore utantur, cum revelata facie iudiciorum Dei gloriam speculantur (II Cor. iii). *Et cincti circa pectora zonas aureas.* In auro sapien-

(Prov. xvi, juxta LXX): *Accipite sapientiam sicut aurum.* Et bene circa pectora, ubi etiam sacerdotale pectus legaliter sæpe jubetur gestare logium, id est rationale, ut sibi mens bene conscia divina non audeat reprehendere, sed laudare iudicia et illius auri fulgore alios quoque ad laudandum indubitanter hortetur. *Et unum ex quatuor animalibus, dedit septem angelis septem phialas, plenas iræ Dei viventis in sæcula sæculorum.* Superius septem angelos cum totidem phialis memorat, habentes orationes sanctorum; nunc autem plenas iræ Dei dicit. Eandem quippe phialæ et suavitates supplicat omnem, et iram suppliciorum continere dicuntur, cum a sanctis pro regni Dei adventu funduntur, quando iudicia Dei non jam occulta sicut abyssus (Psal. xxxv), sed aperta in phialæ, justis latura salutem, impiis vero prædicuntur infero perniciem, sicut Apostolus dicit (II Cor. ii): *Quia Christi bonus odor sumus in his qui salvi sunt et in his qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem, aliis odor vitæ in vitam.* Si enim de Domino nostro dictum est (Luc. ii): *Ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum, quid mirum si phialæ justis suavitatem præbeant, impiis autem plagarum irrogent ultionem, si tamen ipsas, et non alias hic debemus accipere? Et repletum est templum fumo de claritate et virtute Dei.* Illud in fumo significari puto, quod non ab omnibus iudiciorum Dei æreana penetrari queant, mentesque mortalium infictarum consideratione plagarum caligent palpitantes: quas nunc statuit enarrare, et usque ad earum phialarum exitum, fumum in templo asserit perdurare. Merito sequitur, *Nec quisquam poterat intrare in templum, id est illud penetrabile secretum, donec finirentur septem plagæ septem angelorum.* Unde et psalmus (Lxxii): *Hoc laborem, inquit, ante me, donec introeam in sanctuarium Dei, et intelligam in novissima.* Aliter in fumo assolet significari confessio. Sicut enim fumus præcedit incendium, sic flammam fidei et charitatis præcedit confessio peccatorum. Propterea psalmus tales designans, dicit (Psal. ciii): *Qui respicit terram et facit eam tremere, qui tangit montes, et semigant.* Respexit denique Dominus Petrum (Matt. xxvi), et confessionum lacrymis diluit, quod negans pavore contraxit, ut iste sit sensus: *Ne quis, ut poterat intrare in templum, donec finirentur septem plagæ, id est, nullus adhuc poterat dicere: Deambulabam in innocentia cordis mei in medio domus tuæ (Psal. c), et, Introduxit me rex in cubiculum suum (Cant. i), nisi qui omnia præterita reproborum actuum confessione curaverit delere commissæ. Quoniam cogitatio, inquit (Psal. lxxv), hominis confitebitur tibi.* Ecce fumus et reliquæ cogitationis solemnitas celebrabunt tibi tanquam impetratæ justificationis securam laudatam. Itaque donec omnes plagæ finiantur, in lamentabili confessione Ecclesia demonstratur, et in illis quos diximus offensæ prioris pœnas luere fructuosas, et in illis quos meliore constituit cultu probari.

CAP. XVI. Et audiui vocem magnam de templo, dicen-

«*ius fraudes potentia discretionis repellendas agnoscere, ranarum saltem horrore percussi tales studeant devitare, qui sicut ranæ ignaros impediunt, ne quieto devotionis cultu percipiant veritatem. Sunt enim demoniorum spiritus, inquit, signa facientes. Ipsi enim, sicut etiam magi Pharaonis (Exod. vii), credendi sunt signa facturi. Nec immerito eorum meminit, facta mentione ranarum, nisi ministros Satanae tunc quoque prædiceret similia signa facturos, usque ad signum eum ranarum suis magi incantationibus valere permissi sunt. Et exeunt ad reges totius terræ contrahere illos in pugnam: non quod ex toto orbe ad unum locum colligant, sed quod unamquamque gentem in loco habitationis suæ suis captam velint superstitionibus militare. In diem illum magnum omnipotentis Dei. Dies Domini pro locorum diversitate debet intelligi. Aliquando enim pro toto tempore a passione Domini, qui futuri sunt ultimo iudicio condemnati, nunc congregari dicuntur, ac si diceret preparari. Aliquando diem Domini, diem iudicii oportet intelligi; aliquando persecutionis tempus: unde manifestum est, per totum tempus vite presentis huiusmodi homines congregari. Qui venit subito sicut fur. Hinc Apostolus (I Thes. v), sicut fur in nocte, inquit, ita veniet. Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, et videat turpitudinem suam. Quicumque, inquit (Galat. iii), in Christo baptizati estis, Christum induistis. Hæc puto vestimenta immaculata hic commendari servanda, ut nec iterato baptismo rescindantur, nec reproborum re-persa maculis inquinentur. In utroque enim prævaricatorum delegitur turpitudine, quam vigilantius perseverans devitat intentio. Et congregavit illos in locum qui vocatur Hebraice Armageddon. In alia recapitulatione interpretatus est locum, dicens (Inf. xi): Congregavit eos in bellum quorum est numerus sicut arena maris. Et septimus angelus effudit phialam suam in aere, et exivit vox magna de templo a throno, dicens: Factum est: Finitum est. Et facta sunt fulgura et voces, et tonitruus, et terrena, et terræ motus, et signa magna. Recapitulata eadem persecutione, commotionem incomparabilem memorat, in qua miracula et prædicationes quidem dicit inesse; sed utrum a parte bonorum falsitati contradicentium, an a parte malorum illa signa quæ memorat, perseverent ad exercendum bonos et obdurandum malos, an ex utraque parte signa sibi altrinsecus vocant, non hic satis elucet sicut a Moyse et magis factum est Pharaonis (Exod. vii). Si quid tamen horum sit, etiam signa, sicut terræmotum, prænosendum est, instante dubio, amplius incomparabiliter emicare. Et civitas illa magna in tres partes divisa est. Civitas magna pro multitudine populorum et supercilio factus, quod immodicis ausibus ferebatur, quæ fiet in tres partes: unam gentilitatis, alteram in hæreticis et in Iulæis, et unam tertiam quæ in falsis fratribus reprobat, qui consitentur se nosse Deum, factis autem negant cum abominatis sint et increduli, et ad omne opus bonum reprobi (Tii. i). Sequitur*

A namque: *Et civitates gentium ceciderunt. Id est et omne robur fiduciaque gentilium, et Babel illa magna recordata sub conspectu Dei venit. Confusam designat omnium multitudinem perditorum. Ut daret, inquit, ei de vino iræ suæ indignationis. Debitæ ultionis retributio malis reddi præscribitur. Et omnes insultæ fugerunt et omnes montes non sunt inventi. Nomine insularum simul ac montium, Ecclesiæ figuratur eogitio propter stabilitatis eminentiam, quibus per se iam dicitur (Cap. xiv): In doctrinis glorificate Dominum, in insulis maris nomen Domini Dei Israel. Itemque (Isai. ii): Et erit in novissimis deus preparatus mons domus Domini super cacumina montium. Fuga hæc quando malorum societas sic postremo fugietur, ut illa deinceps Ecclesiæ cum malis non inveniatur confusa permixtio. Hinc Propheta (Jerem. li): Fugite, inquit, de medio Babylonis, et salvate unusquisque animas vestras. Tunc autem Babylonis cadit, quando novissime potestatem persequendi sanctos acceperit. Propterea ante ruinam exaltabitur (inquit) cor, et ante gloriam humiliabitur spiritus. Et grando ingens talenti ponderis de cælo super homines ruit, et blasphemaverunt homines Deum propter plagam grandinis, quoniam magna plaga a grandine facta est. Iram ultionis in grandine ponit, de qua aibi legimus: Ira Domini sicut grando descendens. Ab hac se suos munire Dominus pollicetur, dicens per Apostolum (I Thes. i): Qui eripuit nos ab ira ventura. Nec immerito talenti ponderis memorat, nisi quod divini æquitatis iudicii pro diversitatibus culparum singulis infligatur. Talentum enim alterius apud Græcos, alterius apud Romanos quantitatis æstimatione pensatur. Verum quia alia sunt peccata, alia flagella, alia utrumque, unde nunc disputare perlongum est, hic blasphemare Dominum propter grandinem, et peccatum cognoscitur et plaga peccati, quæ sic impii secantur, ut nec correcti resipiscant, et ipsis plus deteriorati flagellis insaniant. Isaias denique dicit: Domine, tu iratus es, et ego peccavimus (Isa. lxiiv).*

CAP. XVII. Et venit unus de septem angelis habentibus septem phialas, et locutus est mecum, dicens. Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, sedentis super aquas multas. Simile quiddam de diabolo Isaias quoque ponit quem subfigurata persona principis Babylonice prædicitur ruiturum (Isa. xiv): Quomodo cecidisti de cælo, Lucifer, qui mane oriebaris? etc. Considerans Spiritus sanctus corpus omnium perditorum, quod diversis quidem, sed congruis nominibus vocat, variis jamdiu superbientem excessibus progredi, corrumpi flagitiis, erroribusque raptari, tantaque impietate savire, ut mitibus etiam adversetur, congrua petiturum circumscriptione depingit, meretricem vocans, quia relicto Creatore, demonibus se prostituit constuprandam. Magnam, propter immanitatem prævaricationis, per quam sanctis diutius insultabat. Super aquas multas, populos scilicet multos, cum qua fornicati sunt, inquit, reges terræ, id est regna terrena superbe petentes.

cognoscantur sanguinem prophetarum fudisse, qui eis abutentes eorum sensus in aliud derivarunt: quomodo si diceret, qui spiritualem legem carnaliter sapuerunt, iuste corruptioni carnis et sanguinis addicti traduntur, ubi et peccatum et poena cognoscitur peccatorum. Hinc Apostolus dicit (*II Thes. II*), eo quod charitatem veritatis non receperunt ut salvi fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, et judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. *Et auditi aliam vocem, dicentem: Etiam, Domine Deus omnipotens, vera et iusta sunt iudicia tua.* Hic etiam aliquid tale, quale in psalmis (*XL, LXXI, LXXXVIII, CV*) sæpe dicitur, *Fiat, fiat.* Hoc autem imitando debemus dicere, non exponendo sensum apertum moras innectere. *Et quartus angelus effudit phialam suam super solem, et datum est ei æstum et ignem injicere hominibus. Et æstuaverunt homines æstu magno, et blasphemaverunt nomen Dei habentis potestatem super plagas istas.* Non solidatum est, sed ei angelo qui solem perfudit. Non autem hic gehennæ putandus est ignis, neque ibi blasphemandi jam locus ulli relinquitur, quando damnatis infructuosæ tantum poenitudinis tempus adveniet, ita ut dicturos lex memorat: Quid nobis profuit superbia? et divitum jactantia quid contulit nobis (*Sap. V*)? Quocirca ignem hic et æstum arbitror debere cognosci, quod diaboli corpus de stabilitate sanctorum irremediabiliter cruciabitur, et ad blasphemandum ipso æstu excitati cognuntur. Fortasse enim super sole dicitur, sole videlicet justitiæ, tanquam de sole ablative casu posuerit; sicut: Evigilabo super verbum meum ut faciam illud (*Jerem. I*), et Daniel: Queramus, inquit (*Dan. II*), misericordiam a facie Dei omnipotentis super sacramento isto, ut unde electi illuminationis percipiunt firmitatem, inde impii dicantur sumere incendium. *Neque egerunt poenitentiam, ut darent ei claritatem.* Blasphemantium ipsa mors est, ut non se impietatis, sed Deum malint iniquitatis arguere: nec post plagas poenitentiam agere, sed flagellati contumelias irrogare. Sicut enim vasa ænea incendio grandi subacta, ab intimis exsiliendo scatentia foris ebulliunt, et suæ capacitatis metas excedunt, sic et pars bestię in vasto resistens, cum Christi Ecclesiam infatigabili viderint constantia dimicare, intolerabilis invidentiæ facibus inflammata, conceptum in corde incendium oris impuri exhalant blasphemias. de hoc igne legimus: Zelus apprehendit populum ineruditum et nunc ignis adversarios consumet. *Et quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestię, et obscuratum est regnum ejus, et comederunt linguas suas pro dolore.* Sedes bestię, vel regnum ejus, tanquam judiciaria potestas dicitur ideo obtenebrari, quia æternæ felicitatis contenebrati lætitia, cum bona præsentia pro summa felicitate possidendo collaudant, et veritatem in iniquitate detinent, linguas suas comedunt. Hinc sensui psalmus (*CXLIII*) concinit, dicens: Quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum destruxit iniquitatis, et (*Psalm. LXXXII*), iniquitatem in

A excelso locuti sunt. Supercilio enim momentaneæ prosperitatis ut fumus elati, unde poenitendo converti debuerunt, contenebrati lætantur. Ducunt enim (ut Job dicit) in bono dies suos, et in puncto ad inferna descendunt (*Job. XXI*). *Et sextus angelus effudit phialam suam super flumen illud magnum Euphraten et siccata est aqua ejus, ut præpararetur via venienti regi ab oriente sole, id est Christo, de quo legimus: Ecce vir, Oriens nomen ejus, cui venturo ad judicandum via præparatur.* Nomine porro fluminis Euphraten, sicuti mare, flumina, fontes aquarum, sol, thronus bestię, super quæ angeli suas phialas effudisse dicuntur, homines immundos designant. Et siccata est aqua ejus, id est nihil in se jam prioris populi habebunt quod non igne congruat judicii propinquantis, sicut superius maturitate messem dicit aruisse, et vindemiam occurrisse, sic et hic tropice dicit aquam fluminis fuisse siccam, nihil utique remansisse jam viridium, sed totum divini igne judicii examinatum, quo vel impii consumantur ut fenum, vel sancti approbentur ut aurum. *Et vidi de ore draconis et de ore bestię, et ex ore pseudoprophete spiritus tres immundos exeuntes in modum ranarum.* Licet pro variis passionibus vexationum vitiorumque cunctorum, diversas qualitates maligni spiritus habere dicantur, nec immerito (in Evangelio quidem alibi [*Marc. IV*] dixit: Surde et mute spiritus; alibi autem [*Idem*] spiritum immundum; alibi propheta [*Ose. IV*]: Spiritus fornicationis perdidit eos, non ob aliud, nisi quod ad perpetrandas immunditias flagitiorum precipitatur) hic tamen omnes tres propter immundos posuit, quia unum diaboli corpus solitis compactum differentiis designavit, illam memorans quæ majorem obtinet potestatem, draconem inducentem diabolum, bestiam Antichristum cum suorum doctoribus dogmatum. Unum ergo spiritum vidit, et pro numero partium unius corporis, tres dicit, ut omnis numerus perditorum, uno maligno spiritu agi prederetur. Fortasse enim idcirco et tam horrendam ranarum foeditatem eorum comparans tenebrarum, adjunxit: Istis enim pseudoprophetis ranarum more tanquam animantibus coaccusatis nocte damuabiliter erroris latratu convenit perstreperæ. Ranæ enim et loco et visu molestoque strepitu sic odibiles habentur, sicut diabolus cum suis agnoscitur abominabilis veritati, meritoque æterno juste igne damnandi. Licet aperto simili tamen sermone beatus Apostolus loquitur, cum præmitteret, dicens (*II Cor. VI*): Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim portio justitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fidei cum infidei? Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Ita et hic, cum de ore illorum immundum spiritum in modum dicit prodire ranarum, ac si diceret: Quid autem cœcum compares cœlo quod convenit habitationi ranarum tanquam horrendis pseudoprophetæ blasphemias? Tanquam distare asserens doctores veritatis, quantum ranæ ab hominibus sanctis, ut etiam qui idocui non sus-

«*ius fraudes potentia discretionis repellendas agnoscere, ranarum saltem horrore percussi tales studeant devitare, qui sicut ranæ ignaros impediunt, ne quieto devotionis cultu percipiant veritatem. Sunt enim demoniorum spiritus, inquit, signa facientes. Ipsi enim, sicut etiam magi Pharaonis (Exod. vii), credendi sunt signa facturi. Nec immerito eorum meminit, facta mentione ranarum, nisi ministros Satanae tunc quoque prædiceret similia signa facturos, usque ad signum enim ranarum suis magi incantationibus valere permisi sunt. Et exeunt ad reges totius terræ contrahere illos in pugnam: non quod ex toto orbe ad unum locum colligant, sed quod unamquamque gentem in loco habitationis suæ suis captam velint superstitionibus militare. In diem illum magnum omnipotentis Dei. Dies Domini pro locorum diversitate debet intelligi. Aliquando enim pro toto tempore a passione Domini, qui futuri sunt ultimo iudicio condemnati, nunc congregari dicuntur, ac si diceret præparari. Aliquando diem Domini, diem iudicii oportet intelligi; aliquando persecutionis tempus: unde manifestum est, per totum tempus præsentis huiusmodi homines congregari. Qui venit subito sicut fur. Hinc Apostolus (I Thes. v), sicut fur in nocte, inquit, ita veniet. Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, et videat turpitudinem suam. Quicumque, inquit (Galat. iii), in Christo baptizati estis, Christum induistis. Hæc uto vestimenta immaculata hic commendari servanda, ut nec iterato baptismo rescindantur, nec reproborum re-persa maculis inquinentur. In utroque enim prævaricatorum delegitur turpitudine, quam vigilantibus perseverans devitat intentio. Et congregavit illos in locum qui vocatur Hebraice Armageddon. In alia recapitulatione interpretatus est locum, dicens (Inf. xi): Congregavit eos in bellum quorum est numerus sicut arena maris. Et septimus angelus effudit phialam suam in aere, et exivit vox magna de templo a throno, dicens: Factum est: Finitum est. Et facta sunt fulgura et voces, et tonitruus, et terrena, et terræ motus, et signa magna. Recapitulata eadem persecutione, commotionem incomparabilem memorat, in qua miracula et prædicationes quidem dicit inesse; sed utrum a parte bonorum falsitati contradicentium, an a parte malorum illa signa quæ memorat, perseverent ad exercendum bonos et obdurandum malos, an ex utraque parte signa sibi altrinsecus vocant, non hic satis claret sicut a Moyse et magis factum est Pharaonis (Exod. vii). Si quid tamen horum sit, etiam signa, sicut terræmotum, prænosendum est, instante dubio, amplius incomparabiliter emicare. Et civitas illa magna in tres partes divisa est. Civitas magna pro multitudine populorum et supervigio factus, quod immodicis ausibus ferebatur, quæ fiet in tres partes: unam gentilitatis, alteram in hæreticis et in Iulæis, et unam tertiam quæ in falsis fratribus reprobat, qui consitentur se nosse Deum, factis autem negant cum abominatis sint et increduli, et ad omne opus bonum reprobi (Tii. i). Sequitur*

A namque: *Et civitates gentium ceciderunt. Id est omne robur fiduciaque gentilium, et Baby'lon illa magna recordata sub conspectu Dei rexit. Confusam designat omnium multitudinem perditorum. Ut daret, inquit, ei de vino iræ suæ indignationis. Debitæ ultionis retributio malis reddi præseribitur. Et omnes insulae fugerunt et omnes montes non sunt inventi. Nomine insularum simul ac montium, Ecclesie figuratur cognitio propter stabilitatis eminentiam, quibus per Is iam dicitur (Cap. xiv): In doctrinis glorificate Dominum, in insulis maris nomen Domini Dei Israel. Itemque (Isai. ii): Et erit in novissimis dehus præparatus mons domus Domini super cacumina montium. Fuga hæc quando malorum societas sic postremo fugietur, ut illa deinceps Ecclesie cum malis non inveniatur confusa permixtio. Hinc Propheta (Jerem. li): Fugite, inquit, de medio Babylonis, et salvate unusquisque animas vestras. Tunc autem Babylonis cadit, quando novissime potestatem persequendi sanctos acceperit. Propterea autem ruinam exaltabitur (inquit) cor, et ante gloriam humiliabitur spiritus. Et grando ingens talenti ponderis de cælo super homines ruit, et blasphemaverunt homines Deum propter plagam grandinis, quoniam magna plaga a grandine facta est. Item ultionis in grandine ponit, de qua alibi legimus: Ita Domini sicut grando descendens. Ab hac se suos munire Dominus pollicetur, dicens per Apostolum (I Thes. i): Qui eripuit nos ab ira ventura. Nec immerito talenti ponderis memorat, nisi quod divini æquitatis iudicii pro diversitatibus calparum singulis infligatur. Talentum enim alterius apud Græcos, alterius apud Romanos quantitatis æstimatione pensatur. Verum quia alia sunt peccata, alia flagella, alia utrumque, unde nunc disputare perlongum est, hic blasphemare Dominum propter grandinem, et peccatum cognoscitur et plaga peccati, quæ sicut impii secantur, ut nec correcti respiciant, et ipsis plus deteriorati flagellis insaniant. Isaias denique dicit: Domine, tu iratus es, et ecce peccavimus (Isa. lxiiv).*

CAP. XVII. *Et venit unus de septem angelis habentibus septem phialas, et locutus est mecum, dicens. Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, sedentis super aquas multas. Simile quiddam de diabolo Isaias quoque ponit quem subfigurata persona principis Babylonie prædixit ruiturum (Isa. xiv): Quomodo cecidisti de cælo, Lucifer, qui mane oriebaris? etc. Considerans Spiritus sanctus corpus omnium perditorum, quod diversis quidem, sed congruis nominibus vocitat, variis jam diu superbientem excessibus progredi, corrumpi flagitiis, erroribusque raptari, tantaque impietate sævire, ut mitibus etiam adversetur, congrua petiturum circumscriptione depingit, meretricem vocans, quia relicto Creatore, demonibus se prostituit constuprandam. Magnani, propter immanitatem prævaricationis, per quam sanctis diutius insultabat. Super aquas multas, populos scilicet multos, cum qua fornicati sunt, inquit, reges terræ, id est regna terrena superbe petentes.*

Sic autem eam in reges et terrigenas dividit, ut ex eis eam existere noverimus. De vino fornicationis ejus. Præmissa vitiorum insinuant corruptelam, sicut enim vinum mentem extollit, sic libido vitiorum exacerbat nutabundos. *Et duxit me, inquit, in desertum in spiritu.* Desertum ponit Divinitatis absentiam, cujus presentia paradisi est. In spiritu, quia spiritum possunt ista discerni. *Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam.* In cujus eam potissimum sermo divinus specie subornaret, nisi mulieris, a qua initium peccati, et propter quam, ut scriptum est (*Eccli. xiv*), morimur omnes? Super bestiam sedere dicitur, ut pote de qua fastu præsumptionis extollitur. Coccineam eruentam bestiam, ut dictum est, corpus agno contrarium, in quo nunc diabolus, nunc caput velut occisum, nunc ejus accipiendus est populus, quod totum Babylon est, id est confusio. Coccineam itaque impietate eruentam, et corruptionibus tanquam sanguinibus debriatam, *plenam nominibus blasphemiarum*, cum plussit opere perficere blasphemiam quam vocari blasphemus, hic tamen etiam eam in pleno dicit abundare nominibus, ut nequaquam ejus putetur deesse excessibus. Et quia aliud est peccare Deo, aliud est peccare in Deum, qui blasphematur, amplius in Deum reu delinquit. *Habentem capita septem et cornua decem.* Persecutione novissima properante, decem reges futuros sancti quoque Danielis propheta testatur (*Dan. vii*). Hos nunc in septem capitibus et decem cornibus bestie hic liber sæpe designat, super quos idem superius etiam diademata esse dicit, quod regibus omnibus interemptis, soli poterunt in toto orbe regnare. Devictorum quippe signa regnorum diademata, ut tropæa superbis dicit præferri capitibus. Propterea autem septem capita septem montes, per sapientiæ sensum monet consequenter intelligi, ut Romam quæ super septem montes præsidet significans, omni quod orbe monarchiæ præfuit dominatu, ad istorum regnam similitudinem adduxisset, et in Romæ nomine totius regni potentiam figuraret. Septenario enim numero universitatem voluit ipsius dominationis ostendere, eo quod ex ternario et quaternario, id est ex impari et pari tantum ex diverso confectus, universitatem insinuet, sicut satis superque jam dictum est, quod de septem Ecclesiis in bono præmisimus figuram, cum una Christi Ecclesia prænuntiatur orbem possessura terrarum, cum nunc idem numerus ex adverso in istis quos memorat septem capitibus videtur apponi, in quibus significata universitate potentia fore dicitur principari, et in bono enim, et in malo septenarium numerum frequenter poni sancta Scriptura testatur. Nam cum Spiritus sanctus pro septenaria operatione, Isaia propheta testante (*Isa. xi*), septiformis esse credatur in bono, spiritus etiam nequam septiformis sæpius designatur. Et quoniam horum monarchia regnumque Christi Ecclesia contraria frequenter opponitur, non solum aperta oppressione potentia fideles impugnatur, sed etiam sub mentita specie veritatis illaqueare desiderat, manifestam ejus potentiam

in decem cornibus, verisimilem fraudem in septem capitibus designavit. Propterea et vehemens eadem persecutio futura prædicitur, in qua et ars fallendi potentia suffragatur; et quod simulationi deerit potestate suppletur. Hujus præstigia fraudis superius memorat, dicens: Et unum caput ex capitibus septem quasi occisum fuerit ad mortem, et plaga mortis ejus curata est, id est, ex universo potentatu seculari regni Ecclesiæ contrarium est unum caput, id est Antichristus, qui se pro Christo vult suscipi, a se rens se quasi mortuum revixisse, cum incantatos querit a Christo, qui vere mortuus est et resurrexit, impie separare. De hoc etiam præmiserat quod et draco, id est diabolus, virtutem suam et dederit et thronum et potestatem magnam: idcirco et plenam dicit nominibus blasphemiarum. Deterior autem inveniri non potest blasphemia, quam ut contrarius Christus, quod et nomen ejus Antichristus indicat, se velli haberi pro Christo, ut quos non potest violenter terroribus frangere, adumbrata studeat veritate seducere; et apertum declinantes errorem, verisimilem incurrere addicat falsitatem. Hanc Dominus pestem in Evangelio docuit præcavendam, hæc dicens (*Matth. xii*; *Luc. xi*): Cum immundus Spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inagnosa, quærens requiem, et non invenit, et dicit: Vadam ad domum meam unde exivi; et tunc vadit et assumit secum septem alios spiritus nequiores se, et in ranas habitant ibi, et sunt novissima hominis illius pejora prioribus. Nonne de uno spiritu immundo superius loquebatur? Cur alios septem nequiores se dicit, nisi quia septiformis immundus spiritus agnoscitur, et etiam latentibus malis nequior septemplex invenitur? Et ut quod dicimus plenius luceat, intentum decet esse lectorem. Spiritus bonus, spiritus sapientiæ, cui contrario malus opponitur spiritus insipientiæ; alter peior, simulatio sapientiæ. Spiritus bonus, spiritus intellectus, malus autem spiritus stultiæ; alter peior, simulatio discipuli. Spiritus bonus, spiritus consilii, malus autem spiritus impreudentiæ; alter peior, simulatio prudentiæ. Spiritus bonus, spiritus fortitudinis, cui opponitur malus, aperte ignaviæ spiritus; alter peior, infirmitas fallens obumbratione virtutis. Spiritus bonus, spiritus scientiæ, cui contrario malus spiritus ignorantia; alter peior, usurpatione scientiæ. Spiritus bonus, spiritus pietatis, malus vero spiritus impietatis; alter peior, falsæ pietatis obtentus. Spiritus bonus, spiritus timoris Dei, cui contrarius est spiritus temeritatis; alter peior, dolus fletæ religionis. Idcirco ad ostendam simulationem partis adversæ, hic paulo latius voluit demorari, ut hæc expositio ad multorum nobis locorum proficiat intellectum. Hanc omnifariam persecutionem in potentatu vel fraudulentia futuram Apostolus quoque denuntiat dicens (*II Thess. ii*): Tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustrationem adventus sui eum, cujus est adventus secundum operationem Satanae in omni virtute et signis et prodigiis.

giis mendacibus, et in omni seductione iniquitatis, in his qui pereunt, virtute potentiam, seductione hypocrisis mendacii significat. *Circumdatus purpura et corcino.* In purpura succus simulati regiminis, in corcino cruentus impietatis habitus demonstratur, et rara auro et lapide pretioso et margaritis, id est omnibus illecebris simulata veritas, quam in illis spiritibus nequam satis ante expressimus. Quid sit denique intra hanc pulchritudinem exponit, dicens: Et habebat poculum aureum in manu sua plenum abominationum et immunditiae fornicationis totius terrae. Aurum ergo hypocrisis, quia, sicut Dominus dicit: Foris quidem parent hominibus quasi iusti, intus autem pleni sunt omni immunditia. Et in fronte ejus nomen scriptum sacramenti: *Babylon mater fornicationum et execrationum totius terrae.* Ne superstitionis erroris palam falleret veritatis lucantos, ex titulo frontis sciat esse sollicitos. *Et vidi mulierem illam ebriam factam de sanguine sanctorum, et de sanguine testimonii Jesu Christi.* Competenter eam largitas divini sermonis intus insanientem ostendit. Et miratus sum cum vidissem eam miraculo magno. Et dixit mihi angelus: Propter quid admiratus es? Ego tibi ostendam sacramentum hujus mulieris, et bestiae quae portat eam, quae habet capita septem et cornua decem: Bestia quam vidisti, fuit, et non est, sed ascensura est ex abyso, et in perditionem vadit. A mundi exordio duarum civitatum exortus ac series hactenus currere sacris litteris edocetur, quarum est una Dei, altera diaboli: quae hic bestia designatur: tanquam totum corpus omnino malorum. Et ideo dicit, fuit, et non est: quia decedentium et succedentium sibi generationum ordine supplendum exstruitur. Idcirco sequitur: Et ascensura est de abyso, et in interitum vadit. Divino enim judicio, occulto quidem, sed justo peragitur. Hinc psalmus (xxv): *Judicia tua abyssus multa.* Sive quod de cordibus proditura sit impiorum. Unde psalmus (xli): *Abyssus abyssum invocat.* Et admirabuntur omnes inhabitantes terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitae Agni qui occisus est, ab origine mundi, videntes bestiam quae erat et non est, et ventura est. Eosdem ipsos ponit ex quorum membris damnandum corpus exstruitur, sed si nomina faciunt ambiguitatem. Idem namque in epistola sua cum singulari numero diceret, Sicut audistis quia Antichristus venit, nunc autem Antichristi multi sunt. Et post paululum, Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: nam, si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Ideo non sunt in libro vitae eorum nomina scripta, ipsi ergo quos finis mundi invenerit viuentes, suae damnationis experientes interitum, sera cogitationum mirantur non ipsum Christum fuisse quem putabant, obumbrata bestiae seductione decepti: sed Christum nostrum, quem judicem profecto sentient justissime condemnati. Sequitur: A constitutione mundi. Sicut novit Dominus qui sunt ejus, quibus etiam se dicturum promisit: Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est a constitutione mundi

(*Matth. xxv*); ita et qui non sunt ejus, non habent scriptos in libro vitae a constitutione mundi, incognitos et a longe praescritos aeterni ignis est supplicio damnaturus, qui paratus est diabolo et angelis ejus. Excelsus enim Dominus et humilia respicit, et alta a longe cognoscit (*Ps. cxxxvii*): Inde dicit (*Matth. vii*): Et non novi vos, discedite a me, operarii iniquitatis. Videnes bestiam quae erat et non est. Et hic est sensus, qui habet sapientiam. Illa septem capita, septem montes sunt super quos mulier sedet, et reges septem sunt. Aliter frequenter diximus in unaquaque specie genus ostendi. Nam quod est omnis bestia, hoc septem capita. Denique capita et septem montes esse dicit, et septem reges, id est universam malorum partem quae in praepositis tanquam in regibus constat et subditis. Qui ideo vocabulis variis nuncupatur, propter diversitatem actionum, quae vi premit et fraude decipit, quando lubrici mentibus serpit rerum sensibilibus oblectationibus interceptis: sicut scriptum legimus (*Jerem. ix*): Intravit mors per fenestras vestras, quod proprio ad quinque partium sensum arbitror redigendum, visum, auditum, gustum, odoratum et tactum, unde Dominus illi Samaritanae mulieri dicit (*Joan. iv*): Qui quae enim viros habuisti, et nunc quem habes, non est tuus vir. Quod ibi viros, hoc hic reges intelligas, quorum tanquam regimine humane vitae primordia regi atque administrari cognoscimus, quae nobiscum bestiae videntur habere communia. Ad quod ibi sequitur: et nunc quem habes, non est tuus vir, non legitime eam uti viro designans, id est errore, hoc hic positum jam dixit: *Quinque ceciderunt, unus autem superest.* Quod autem dicit, *alius autem nondum venit,* resultam ejusdem mali corporis partem decidentem successuram generationi, eodem maligno spiritu designat similiter possidendam, quem sepius formem constare praemisimus. Quinque autem quos ceciderunt, et unus quem superesse dicit, et alius quem venturum esse nuntiat, septem faciunt, et cum venerit, inquit, oportet illum brevi tempore manere. Et bestia quae fuit et non est, et ipsa octavo loco est, cum sit ex septem, et in perditionem ibi. Hunc quem octavum dicit, ne alterius generis existimares, subjecit: Ex septem est, et in perditionem ibit, ut et ejusdem generis maligni eum ostenderet, et septenarium numerum excedendo illos nequiores in hypocrisin designaret. Sicut enim praefato Domini testimonio de uno spiritu immundo loquens septem memorans, repente subjecit, dicens (*Luc. xi*): A sumit secum septem alios spiritus nequiores se: sic nunc a septem inchoans, alios septem in uno ejusdem generis, id est octavo voluit designare. Propterea dicit: Ex septem est, et in perditionem ibit, et [ut] eadem poena unius generis meritum perduceret, nec immerito dicit ex septem est, quem octavum quoque numero ponit, et subjecit, et in interitum vadit. Futura judicio omnem malorum dicit finire nequitiam. Et dicit qualiter: *Et decem cornua quae vidisti, decem reges sunt, hi regnum nondum acceperunt.* Ipsum saeculi regnum omne designat, quod sicut paulo ante,